



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Exercitiorvm Spiritvalivm

Capilla, Andrés de

Coloniae, 1607

Exercitium quædam, quacunq̃ diei vel noctis hora vsurpanda. Exer. 64.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53232)

rando vt ipsa cor nostrum compa-
sionis & amoris vulneribus fau-
ciet.

*Exercitia quedam, quaecunque
diei vel noctis hora usurpan-
da.*

Exercit. 64.

*Actor. 17. Non longè est Deus noster ab v-
noquoque nostrum: in ipso enim viuimus,
mouemur & sumus.*

*Sap. 11. Quomodo posset aliquid permane-
re, nisi tu voluisses? aut quod à te voca-
tum non esset, conseruaretur.*

Consideratio.

Considerabimus: Deum nobis
largiri esse & vitā, nosque ab illo
dependere, multò plus, quam radi-
os solis à sole: nam ita ab illo pen-
demus, vt si nos relinqueret, redire-
mus in nihilum, de quo creati fui-
mus.

GRA-

Gratiarum actio.

GRatias referemus Deo pro hoc beneficio, quo continuè nos afficit.

Confusio.

Pudore suffundemur coram diuina maiestate, considerando ingratitudinem & negligentiam nostram qua seruiamus Deo, incessanter nobis benefacienti.

Petitio.

Postulabimus à Deo, vt nos semper oculis misericordiæ respiciat, vt quemadmodum per illius misericordiam esse & vitam obtinemus, ita per eandem maiestati suæ grati & accepti reddamus.

Oblatio.

Offeremus Deo esse, vitam, & omnia quæ sumus & habemus; ad omnia hæc in seruitio ipsius impendenda: quia cuncta ipsius sunt.

Aliud Exercitium 65.

Psalm. 29. Domine eduxisti ab inferno animam meam, saluasti me à descendētibus in lacum.

cum.

e

Psalm